# ORDO RESPONSORIALIS

## ANTIPHONALIS ROMANI
IUXTA LITURGIAM HORARUM
EDITIONIS TYPICÆ ALTERIUS

### RESPONSORIORUM
### AD OFFICIUM LECTIONIS
### SCHEMA PRIMUM

QUOD A CONGREGATIONE
DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM
CLEMENTISSMIME PROBANDA

**Gerolitus Ammosaulicus (H. P. Sandhofe) diligenter compilavit**
BONNÆ AD RHENUM – MMIV – ÆDIBUS PALMARUM

# REGULÆ
# PRO RESPONSORIORUM ORDINE

Propter libri cuiusdam pro Responsiis prolixis ad *Officium lectionis* iuxta Liturgiam Horarum pænuriam hunc ordinem responsoriorum proponimus ex quo reperiri possunt responsoria ad Officium lectionis iuxta Liturgiam horarum postconciliare.

¶ Nisi responsorium historicum assit fiat *Æquipolentia* – Hoc signum «¶» significat Æquipolentia qua responsorium prolixum respondet præcendentis lectionis rationi aut imitat responsorium prolixum quod in Liturgia Horarum notatum.

I. Si responsorium in Liturgia Horarum suo loco (aut priori aut altero loco) historicum sit, etiam in Libro Responsoriali hoc sit.

II. In temporibus Adventus, Nativitatis, Epiphaniæ, Quadragesimæ et in triduo sacro: amba responsoria in dominicis propria, in feriis autem prius proprium et alterum est e collectione responsoriorum de psalmis, nisi aliter notetur.

III. 1. *Tempus quadragesimæ:* in dominicis amba responsoria propria, in feriis autem solum prius, alterum in feriis est e collectione responsoriorum de psalmis I.
2. *Tempus paschale:* in dominicis amba responsoria propria, in feriis autem solum prius, alterum in feriis est e collectione responsoriorum de psalmis II.
3. *Per annum:* in dominicis amba responsoria propria, in feriis autem solum prius, alterum in feriis est e collectione responsoriorum de psalmis III.

IV. Proprium Sanctorum:
1. *Memoria ad libitum:* Resp. prius de tempore, alterum aut de communi aute *de psalmis* nisi proprium.
2. *Memoria:* Resp. prius de tempore, alterum de communi nisi proprium.
3. *Festum:* unum aut amba propria, nisi de communi.
4. *Solemnitas:* amba responsoria propria.

V. Commune Sanctorum: collectio responsoriorum ad libitum:
1. extra tempus paschale.
2. tempore paschali.

© 2005 H. P. Sandhofe

VI. Officium defunctorum: responsoria juxta ordinem feriarum.

VII. Pro ecclesiis minoribus semper collectionibus responsorium de psalmis I, II vel III (iuxta tempus liturgicum) in omnibus diebus liturgicis de tempore et de collectionibus communium de sanctis in festis sanctorum uti possunt.

VIII. In Officio per annum responsorio priori et altero dominicæ præcedentis utuntur alternatim in feriis primo loco, nisi aliter notetur.

N. B. Doxologia *Gloria Patri* in fine Responsorium juxta Prænotanda Libri Hymnarii non amplius cantatur (LH pag. xi), quod autem pro Monachorum Officio amplius concessum est (eodem loco).

*Abbreviatio utilis*

**NR = Nocturnale Romanum**

**Heidelberg 2002 — Hartker Verlag**

**ISBN 3-936476-01-2**

© 2005 H. P. Sandhofe

# PROPRIUM DE TEMPORE

© 2005 H. P. Sandhofe

http://www.nocturnale.de

# I. TEMPUS ADVENTUS

## A — usque ad 16 decembris

### Dominica I Adventus

Resp. 1. ¶ Aspiciébam in visu noctis, et ecce in núbibus cæli Fílius hóminis venit: datum est ei regnum, et honor: * Et omnis pópulus, tribus, et linguæ sérvient ei.

℣ Potéstas eius, potéstas ætérna, quæ non auferétur: et regnum eius, quod non corrumpétur. * Et omnis.

— *Dan 7, 13. 14*; NR 111.

Resp. 2. Aspíciens a longe, ecce vídeo dei poténtiam veniéntem, et nébulam totam terram tegéntem. * Ite óbviam ei, et dícite: * Núntia nobis, si tu es ipse, * Qui regnatúrus es in pópulo Israel.

℣ Quique terrígenæ, et fílii hóminum, simul in unum dives et pauper, * Ite.

℣ Qui regis Israel, inténde, qui dedúcis velut ovem Ioseph, * Núntia.

℣ Tóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini, portæ æternáles, et introíbit Rex glóriæ. * Aspíciens.

— *cf Mt 25, 6-8; cf: Ps 48, 3; 79, 2; 23, 7. 9*; NR 109.

### Feria II

Resp. 1. ¶ Docébit nos Dóminus vias suas, et ambulábimus in sémitis eius: * Quia de Sion exíbit lex, et verbum Dómini de Ierúsalem.

℣ Veníte, ascendámus ad montem Dómini, et ad domum Dei Iacob. * Quia.

— *Is 2, 3*; NR 138..

Resp. 2. Caníte tuba in Sion, vocáte gentes, annuntiáte pópulis, et dícite: * Ecce Deus noster, advéniet.

℣ Annuntiáte et audítum fácite; loquímini et clamáte. * Ecce.

— *cf Ioel 2, 15; Is 62, 11; Ier 4, 5*; NR 147.

### Feria III

Resp. 1. ¶ Obsecro, Dómine, mitte quem missúrus es: vide afflictiónem pópuli tui: * Sicut locútus es, veni, et libera nos.

℣ Qui regis Israel, inténde, qui dedúcis velut ovem Ioseph,

© 2005 H. P. Sandhofe

qui sedes super Chérubim. * Sicut.

– *Exod. 4, 13; Ps 79, 2*; NR 114..

Resp. 2. Ecce iam venit plenitúdo témporis, in quo misit Deus Fílium suum in terras, natum de Vírgine, factum sub lege: * Ut eos, qui sub lege erant, redímeret.

℣ Propter nímiam caritátem suam, qua diléxit nos Deus, Fílium suum misit in similitúdinem carnis peccáti. * Ut eos.

– *cf Gal 4, 4-5; Eph 2, 4; Rom 8, 3*; NR 149.

**Feria IV**

Resp. 1. ¶ Ecce virgo concípiet, et páriet filium, dicit Dóminus. * Et vocábitur nomen eius Admirábilis, Deus, Fortis.

℣ Super sólium David, et super regnum eius sedébit in ætérnum. * Et.

– *Is 7, 14; Lc 1, 32*; NR 115.

Resp. 2. Ecce Dóminus véniet cum splendóre descéndens, et virtus eius cum eo: * Visitáre pópulum suum in pace, et constitúere super eum vitam sempitérnam.

℣ Ecce Dóminus noster cum virtúte véniet. * Visitáre.

– *cf Ps 28, 11; Is 40, 10*; NR 131.

**Feria V**

Resp. 1. ¶ Egrediétur Dóminus de Samária ad portam, quæ réspicit ad oriéntem: et véniet Bethlehem, ámbulans super aquas redemptiónis Iudæ: * Tunc salvus erit omnis homo: quia ecce véniet.

℣ Et præparábitur in misericórdia sólium eius, et sedébit super illud in veritáte.

– *Anonymus; Is 16, 5*; NR 129.

Resp. 2. ¶ Ecce dies vénient, dicit Dóminus, et suscitábo David germen iustum: Et regnábit rex et sápiens erit, et fáciet iudícium et iustítiam in terra: * Et hoc est nomen quod vocábunt eum Dóminus iustus noster.

℣ In diébus illis salvábitur Iuda, et Israel habitábit confidenter. * Et.

– *Ier 33, 14-16*; NR 116.

**Feria VI**

Resp. 1. ¶ Ægýpte, noli flere, quia Dominátor tuus véniet tibi, ante cuius conspéctum movebúntur abýssi, * Liberáre pópulum suum de manu ponténtiæ.

© 2005 H. P. Sandhofe

http://www.nocturnale.de

℣ Ecce véniet Dóminus exercítuum, Deus tuus cum potestáte magna. * Liberáre.

– *Is 19, 20. 1; Lc 21, 27*; NR 135.

Resp. 2. Non discédimus a te, vivificábis ns, Dómine, et nomen tuum invocábimus: * Illústra fáciem tuam, et salvi érimus.

℣ Meménto nostri, Dómine, in beneplácito pópuli tui: vísita nos in salutári tuo. * Illústra.

– *Ps 79, 19.20; 105, 4*; NR 152.

**Sabbato**

Resp. 1. ¶ Erúmpant montes iucunditátem, et colles lætítiam: * Quia lux mundi Dóminus cum poténtia venit.

℣ De Sion exíbit lex, et verbum Dómini de Ierúsualem. * Quia.

– *Ps 71, 3; Is 2, 3*; NR 121.

Resp. 2. ¶ Festína, ne tardáveris, Dómine: * Et líbera pópulum tuum.

℣ Veni, Dómine et noli tardáre: reláxa facinóra plebi tuæ. * Et líbera.

– *Anonymus; Hab 2, 3*; NR 130.

**Dominica II Adventus**

Resp. 1. ¶ Ecce apparébit Dóminus super nubem cándidam, * Et cum eo Sanctórum míllia: et habet in vestiménto, et in fermóre suo scriptum: rex regum, et Dóminus dominántium.

℣ Apparébit in finem, et non mentiétur, si moram fécerit, exspécta eum, quia véniens véniet.

– *Ap 14, 14; Habac 2, 3*; NR 132.

Resp. 2. Præcúrsor Dómini venit, de quo ipse testátur: * Nullus maior inter natos mulíerum Ioánne Baptísta.

℣ Hic est enim prophéta, et plus quam prophéta, de quo Salvátor ait: * Nullus.

– *cf Mt 11, 11.9*; NR 199*.

**Feria II**

Resp. 1. ¶ Ierúsalem, cito véniet salus tua: Quare mœróre consúmeris? numquid consiliárius non est tibi, quia invocávit te dolor? * Salvábo te, et liebrábo te, noli timére.

℣ Ego enim sum Dóminus Deus tuus, Sanctus Israel, Redémptor tuus. * Salvabo te.

– *Mich 4, 8. 9; Anonymus*; NR 125.

© 2005 H. P. Sandhofe

Resp. 2. ¶ Bethlehem cívitas Dei summi, ex te éxiet Dominátor Israel, et egréssus eius sicut princípio diérum æternitátis, et magnificábitur in médio univérsæ terræ: * Et pax erit in terra nostra, dum vénerit.

℣ Loquétur pacem in Géntibus, et potéstas eius a mari usque ad mare. * Et.

– *Mic 5, 2. 4. 5; Zach 9, 19*; NR 133.

**Feria III**

Resp. 1. ¶ Audíte verbum Dómini, Gentes, annuntiáte illud in fínibus terræ: * Et in ínsulis, quæ procul sunt, dícite: Salvátor noster advéniet.

℣ Annuntiáte, et audítum fácite: loquímini, et clamáte. * Et in ínsulis.

– *Ier 31, 10. 11; 4, 5*; NR 116.

Resp. 2. Salvatórem exspectámus Dóminum Iesum Christum. * Qui transfigurábit corpus humilitátis nostræ confórme fíeri córpore glóriæ suæ.

℣ Sóbrie et iuste et pie vivámus in hoc s culo, exspectántes beátam spem et advéntum glóriæ magni Dei. * Qui.

– *Phil 3, 20-21; Tit 2, 12*; NR 114.

**Feria IV**

Resp. 1. ¶ Cívitas Ierúsalem, noli flere: quóniam dóluit Dóminus super te: * Et áuferet a te omnem tribulatiónem.

℣ Ecce Dóminus in fortitúdine véniet: et bráchium eius dominábitur.

– *Anonymus; Is 40, 10*; NR 126.

Resp. 2. ¶ Qui ventúrus est, * véniet, et non tardábit: iam non erit timor in fínibus nostris: * Quóniam ipse est Salvátor noster.

℣ Depónet omnes iniquitátes nostras, et proiíciet in profúndum mris ómnia pecctáta nostra. * Quóniam.

– *Hebr 10, 37; Mic 7, 19*; NR 134.

**Feria V**

Resp. 1. ¶ Intuémini, quantus sit iste, qui ingréditur ad salvándas Gentes; ipse est rex iustítiæ, * Cuius generátio non habet finem.

℣ præcúrsor pro nobis ingréditur, secúndum órdinem Melchísedech Pómtifex factus in ætérnum. * Cuius.

– *Hebr 7, 4. 2. 3; 6, 20*; NR 153.

© 2005 H. P. Sandhofe

Resp. 2. Sicut mater consolátur fílios suos, ita consolábor vos, dicit Dóminus: et de Ierúsalem civitáte, quam elégi, véniet vobis auxílium: * Et vidébitis, et gaudébit cor vestrum.

℣ Dabo in Sion salútem, et in Ierúsalem glóriam meam. * Et.

– *cf Is 66, 13; 1 Reg 11, 36; Is 66, 14; 46, 13*; NR 127.

**Feria VI**

Resp. 1. ¶ Ave, María, grátia plena, Dóminus tecum: * Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi: quod enim ex te nascétur Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

℣ Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognósco? Et respóndens Angelus dicit ei. * Spíritus

– *Lc 1, 28. 35; 34. 35*; NR 113.

Resp. 2. Missus est Gábriel ángelus ad Maríam Vírginem desponsátam Ioseph, núntians ei verbum; et expavéscit Virgo de lúmine. ne tímeas, María, invenísti grátiam apud Dóminum: * Ecce concípies et páries, et vocábitur Altíssimi Fílius.

℣ Dabit ei Dóminus deus sedem David, patris eius, et regnábit in domo Iacob in ætérnum.

– *Lc 1, 26. 27. 30-32*; NR 111.

**Sabbato**

Resp. 1. ¶ Ierúsalem, plantábis víneam in móntibus tuis: et exsultábis, quia dies Dómini vénet: surge, Sion, convértere ad deum tuum. * Gaude et lætáre, Iacob: quia de médio Géntium Salvátor tuus véniet.

℣ Exsúlta sarus, fílias Sion: iúbila, fília Ierúsalem. * Gaude.

– *Ier. 31, 5. 7; Zach 9, 9*; NR 128.

Resp. 2. ¶ Ecce ab austro vénio, ego Dóminus deus vester, * Visitáre vos in pace.

℣ Aspíciam vos, et créscere fáciam: multiplicámini, et firmábo pactum meum vobíscum. * Visitáre.

– *Hab 3, 3; Lev 26, 9*; NR 122.

**Dominica III Adventus**

Resp. 1. ¶ Ecce Dóminus véniet, et omnes Sancti eius cum eo, et erit in die illa lux magna: et exíbunt de ierúsalem sicut aqua munda: * Et regnábit Dóminus in ætérnum super omnes gentes.

℣ Ecce Dóminus cum virtúte véniet: et regnum in manu

© 2005 H. P. Sandhofe

http://www.nocturnale.de

eius, et potéstas et impérium.

– *Zac 14, 5. 7-9; Is 40, 10*; NR 125.

Resp. 2. Me oppórtet mínui, illum autem créscere: qui autem post me venit, ante me factus est: * Cuius non sum dignus corrígiam calceamentórum sólvere.

℣ Ego baptizávi vos aqua: ille autem baptizábit vos Spíritu Sancto. * Cuius.

– *cf Io 3, 30; 1, 27; Mc 1, 8*; NR 148.

**Feria II**

Resp. 1. ¶ Ecce véniet Dóminus, protéctor nsoter Sanctus Israel, * Corónam regni habens in cápite suo.

℣ Et dominábitur a mari usque ad mare, et a flúmine usque ad términos orbis terrárum.

– *Is 43, 14. 15; Anonymus*; NR 127.

Resp. 2. ¶ Iurávi, dicit Dóminus, ut ultra non iráscar super terram: montes enim et colles suscípient iustítiam meam, * Et testaméntum pacis erit Ierúsalem.

℣ Iuxta est salut mea, ut véniat: et iustítia mea, ut revelétur.

– *Is 54, 9. 10; 56, 1*; NR 151.

**Feria III**

Resp. 1. ¶ Germinavérunt campi erémi germen odóris Israel: quia ecce Deus noster cum virtúte véniet, * Et splendor eius sum eo.

℣ Ex Sion spécies decóris eius: Deus noster maniféste véniet. * Et.

– *Is 31, 1. 2; Ps 49, 2. 3*; NR 144.

Resp. 2. ¶ Descéndet Dóminus sicut plúvia in velus: * Oriétur in diébus eius iustítia, et abundántia pacis.

℣ Et adorábunt eum omnes reges, omnes gentes sérvient ei. * Oriétur.

– *Ps 71, 6. 7; 71, 11*; NR 136.

**Feria IV**

Resp. 1. ¶ Prope est ut véniat tempus eius, et dies eius non elongabúntur: * Miserébitur Dóminus Iacob, et Israel salvábitur.

℣ Revértere, virgo Israel, revértere civitátes tuas. * Miserébitur.

– *Is 14, 1; Ier 31, 21*; NR 135.

Resp. 2. ¶ Veni, Dómine, et noli tardáre: reláxa facinóra plebi tuæ, * Et

© 2005 H. P. Sandhofe

http://www.nocturnale.de

révoca dispérsos in terram suam.

℣ Excita, Dómine, poténiam tuam, et veni, ut salvos fácias nos. * Et.

– *Hab 2, 3; cf Ex 5, 12; Ps 79, 3*; NR 137.

**Feria V**

Resp. 1. ¶ Clama in fortitúdine, qui annúntias pacem in Ierúsalem: * Dic civitátibus Iudæ, et habitatóribus Sion: Ecce Deus noster, quem exspectabámus, advéniet.

℣ Super montem excélsum asénde tu, qui evangelízas Sion, exálta in fortitúdine vocem tuam. * Dic.

– *Is 40, 9. 10; 40, 9*; NR 139.

Resp. 2. ¶ oriétur stella ex Iacob, et exsúrget homo de Israel, et confrínget omnes duces alienigárum: * Et erit omnis terra poséssio eius.

℣ Et adorábunt eum omnes reges omnes gentes sérvient ei. * Et.

– *Num 24, 17. 18; Ps 71, 11*; NR 140.

**Feria VI**

Resp. 1. ¶ Virgo Israel, revértere in civitátes tuas: Usquequo dolens avertéris? generábis Dóminum Salvatórem, oblatiónem novam in terra: * Ambulábunt hómines in salvatiónem.

℣ In caritáte perpétua diléxi te: ídeo attráxi te míserans tui. * Ambulábunt.

– *Ier 31, 21. 22. 3*; NR 150.

Resp. 2. ¶ Non auferétur sceptrum de Iuda, et duc de femóre eius, donec véniat qui mitténdus est: * Et ipse erit exspectátio Géntium.

℣ Pulchrióres sunt óculi eius vino, et dentes eius lacte candicióres. * Et.

– *Gen 49, 10. 12*; NR 147.

**Sabbato**

*Sabbato omnia dicuntur de die currente, ut infra.*

**Dominica IV Adventus**

*Si vero hæc dominica incidat die 24 decembris, omnia fiunt ut in Vigilia Nativitatis. Hodie et per totam hebdomadam si officium non incidit in die 24 decembris, Responsoria sumuntur de diebus ut infra as-*

*signatum.*

## B — a die 17 ad diem 23 decembris

### Die 17 decembris

Resp. 1. Roráte, cæli, désuper, et nubes pluant Iustum: * Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.

℣ Emítte Agnum, Dómine, dominatórem terræ, de Petra desérti ad montem fíliæ Sion. * Aperiátur.

– *cf Is 45, 8; cf 16, 1*; NR 144.

Resp. 2. Ecce radix Iesse descéndet in salútem populórum, ipsum gentes deprecabúntur: * Et erit nomen eius gloriósum.

℣ Dabit ei Dóminus Deus sedem David, patris eius, et regnábit in domo Iacob in ætérnum. * Et.

– *cf Is 11, 10; Lc 1, 32*; NR 137.

### Die 18 decembris

Resp. 1. ¶ Rex noster advéniet Christus, * Quem Ioánnes prædicávit Agnum esse ventúrum.

℣ Super ipsum continébunt reges os suum, ipsum Gentes deprecabúntur. * Quem.

– *Ez 36, 8; Is 45, 8*; NR 123.

Resp. 2. ¶ Modo véniet Dominátor Dóminus: * Et nomen eius Emmánuel vocátur.

℣ riétur in diébus eius iustítia, et abundántia pacis. * Et nomen.

– *Mal 3, 1 & Is 7, 14; Ps 71, 7*, NR 140.

### Die 19 decembris

Resp. 1. ¶ Egrediétur Dóminus, et prœliábitur contra gentes: * Et stabunt pedes eius supra montes olivárum ad oriéntem.

℣ Et elevábitur supra omnes colles, et fluent ad eum omnes gentes. * Et.

– *Zac 14, 3. 4; Is 2, 2*; NR 141.

Resp. 2. ¶ Vidébunt gentes iustum tuum, et cuncti reges ínclytum tuum: * Et vocábitur tibi nomen novum, quod os Dómini nominávit.

℣ Et eris coróna glóriæ in manu Dómini, et diadéma regni in manu Dei tui.

© 2005 H. P. Sandhofe

http://www.nocturnale.de

– *Is 62, 2. 3*; NR142.

**Die 20 decembris**

Resp. 1. ¶ Emítte Agnum, Dómine, Dominatórem terræ, * De Petra desérti ad montem fíliæ Sion.

℣ Osténde de nobis, Dómine, misericórdiam tuam, et salutáre tuum da nobis.

– *Is 16, 1; Ps 84, 8*; NR 143.

Resp. 2. Súscipe verbum, Virgo María, quod tibi a Dómino per Angelum transmíssum est: concípies et páries Deum páriter et hóminem, * Ut benedícta dicáris inter omnes mulíeres.

℣ Páries quidem fílium, et virginitátis non patiéris dteriméntum: efficiéris grávida, et eris mater semper intácta. * Ut.

– *cf Lc 1, 31. 42*; NR 118.

**Die 21 decembris**

Resp. 1. Læténtur cæli, et exsúltet terra; iubiláte, montes, laudem; quia Dóminus noster véniet, * Et páuperum suórum miserébitur.

℣ Oriétur in diébus eius iustítia et abundántia pacis. * Et.

– *cf Is 49, 13; Ps 71, 7*; NR 118.

Resp. 2. Beáta quæ credidísti, quóniam perficiéntur in te quæ dicta sunt tibi a Dómino. Et ait María: * Magníficat ánima mea Dóminum.

℣ Veníte, et audíte, et narrábo quanta fecit Deus ánimæ meæ. * Magníficat.

– *Lc 1, 45. 46; Ps 65, 16*; NR 224*.

**Die 22 decembris**

Resp. 1. ¶ Radix Iesse, qui exsúrget iudicáre Gentes, in eum gentes sperábunt: * Et erit nomen eius benedíctum in sǽcula.

℣ Super ipsum continébunt reges os suum, ipsum gentes deprecabúntur. * Et.

– *Rom 15, 12; Is 11, 10*; NR 146.

Resp. 2. Beátam me dicent omnes generatiónes: * Quia fecit mihi Dóminus magna qui potens est, et sanctum nomen eius.

℣ Et misericórdia eius in progénies et progénies timéntibus eum. * Quia.

– *Lc 1, 48-50*; NR [172].

© 2005 H. P. Sandhofe

### Die 23 decembris

Resp. 1. ¶ Iurávi, dicit Dóminus, ut ultra iam non iráscar super terram: montes enim et colles suscípient iustítiam meam, * Et testaméntum pacis erit in Ierúsalem.

℣ Iuxta est salus mea, ut véniat: et iustítia mea, ut revelétur. * Et.

– *Is 54, 9. 10; 56, 1*; NR 151.

Resp. 2. Nascétur nobis párvulus, et vocábitur deus fortis: * Ipse sedébit super thronum David patris sui et imperábit: cuius potéstas super úmerum eius.

℣ In ipso vita erat, et vita erat lux hóminum. * Ipse.

– *cf Is 9, 5. 6; Lc 1, 32; Io 1, 4*; NR 149.

### Die 24 decembris – In Vigilia Nativitatis

Resp. 1. Sanctificámini, fílii Israel, dicit Dóminus: die enim crástina descéndet Dóminus, * Et áuferet a vobis omnem languórem.

℣ Crástina die delébitur iníquitas terræ, et regnábit super Salvatórem mundi. * Et.

– *cf Ex 19, 10. 11; Deut 7, 15; Dan 9, 24*; NR 159.

Resp. 2. Egrediétur virga de stirpe iesse, et flos de rádice eius ascéndet: * Et erit iustítia cínculum lumbórum eius, et fides cinctórium renum eius.

℣ Et requiéscet super eum Spíritus Dómini: spíritus sapiéntiæ et intelléctus, spíritus consílii et fortitúdinis. * Et.

– *Is 11, 1. 5. 2*; NR 145.

© 2005 H. P. Sandhofe

# II. TEMPUS NATIVITATIS

## A — usque ad sollemnitatem Epiphaniæ

### In Nativitate Domini

Resp. 1. Hódie nobis cælórum Rex de Vírgine nasci dignátus est, ut hóminem pérditum ad cæléstia regna revocáret: * gaudet exércitum angelórum: Quia salus ætérna humáno géneri appáruit.

℣ Glória in excélsis Deo, et in terra pax homínibus bonæ voluntátis.

—*Anonymus*; NR 162.

Resp. 2. Hódie nobis de cælo pax vera descéndit: * Hódie per totum mundum mellíflui facti sunt cæli.

℣ Hódie illúxit dies redemptiónis novæ, præparatiónis antíquæ, felicitátis ætérnæ. * Hódie.

—*Anonymus*; NR 163.

### Dominia infra octavam Nativitatis — Sanctæ Familiæ

Resp. 1. ¶ Sicut per inobœdiéntiam unías hóminis pecctóres constitúti sunt multi: * Ita per uníus obœditiónem iusti constituéntur multi.

℣ Venit Názareth et erat súbditus illis. * Ita.

— *Rom 5, 19; Luc 2, 51.* NR 254.

Resp. 2. ¶ Dies sanctificátus illúxit nobis: veníte, gentes, et adoráte Dóminum: * Quia hódie descéndit lux magna in terram.

℣ Hæc est dies quam fecit Dóminus, exsultémus et lætémur in ea.

— *cf Ps 117, 17. 24*; NR 204.

### Die 29 decembris

Resp. 1. ¶ Quem vidístis, pastóres? dícite, annuntiáte nobis, in terris quis appáruit? * Natum vídimus, et choros angelórum Salvatórem Dóminum.

℣ Dícite, quidnam vidístis? et annuntiáte Chrisi nativitátem. * Natum.

—*Anonymus*; NR 164.

Resp. 2. ¶ O magnum mystérium, et admirábile sacraméntum, ut animália vidérent Dóminum natum, iacéntem in præsépio: * Beáta Virgo, cuius víscera meruérunt portáre Dóminum Christum.

℣ Ave, María, grátia plena: Dóminus tecum.

© 2005 H. P. Sandhofe

– *cf Hab 3, 2; Lc 1, 28*; NR 168.

**Die 30 decembris**

Resp. 1. ¶ Beáta dei Génetrix María, cuius víscera intácta pérmanent: * Hódie génuit Salvatórem s culi.

℣ Beáta, quæ crédidit: quóniam perfécta sunt ómnia, quæ dicta sunt ei a Dómino. * Hódie.

– *Anonymus*; NR 169.

Resp. 2. ¶ Sancta et immaculáta virgínitas, quibus te láudibus ésseram, néscio: * Quia quem cæli cápere póterant, tuo grémio contulísti.

℣ Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui. * Quia.

– *Anonymus; Lc 1, 42*; NR 169.

**Die 31 decembris**

Resp. 1. ¶ Beáta víscera Maríæ Vírginis, quæ portavérunt ætérni Patris Fílium: et beáta úbera, quæ lactavérunt Christum Dóminum: * Quia hódie pro salúte mundi de Vírgine nasci dignátus est.

℣ Dies sanctificátus illúxit nbis: veníte, gentes, et adoráte Dóminum. * Quia.

– *Anonymus*; NR 175.

Resp. 2. ¶ Verbum caro factum est, et habitábit in nobis: * Cuius glóriam vídimus quasi Unigéniti a patre, plenum grátia et veritáte.

℣ Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. * Cuius.

– *Io 1, 14. 3*; NR 175.

**Die 1 ianuarii – Sollemnitas sanctæ Dei Genetricis**

Resp. 1. ¶ Benedícta et venerábilis, Virgo María, quæ sine tactu pudóris invénta es mater salvatóris: * Iacébat in præsépio, et fulgébat in cælo.

℣ Dómine, audívi audítum tuum, et tímui: considerávi ópera tua, et expávi: in médio duórum animálium. * Iacébat.

– *Anonymus; Hab 3, 2*; NR 209.

Resp. 2. ¶ Nésciens mater virgo virum, péperit sine dolóre: * Salvatórem sæculórum, ipsum regem Angelórum, sola Virgo lactábat úbere de cælo pleno.

℣Domus púdici péctoris templum repénte fit Dei: intácta nésciens virum, verbo concépit Fílium. * Salvatórem.

© 2005 H. P. Sandhofe

http://www.nocturnale.de

– *Anonymus*; NR 213.

**Dominica II post Nativitatem** – *quæ occurrit inter 2 et 5 ianuarii*

Resp. 1. ¶ O regem cæli, cui tália famulántur obséquia: in stábulo pónitur, qui cóntinet mundum: * Iacet in præsépio, et in cælis egant.

℣ natus est nobis hódie Salvátor, qui est Christus Dóminus, in civitáte David. * Iacet.

– *Anonymus*; NR 199.

Resp. 2. ¶ Ecce Agnus dei, qui tollit peccáta mundi: ecce de quo dicébam vobis: qui post me venit, ante me factus est: * Cuius non sum dignus corrígiam calceamentórum sólvere.

℣ Qui de terra est, de terra lóquitur: qui de cælo venit, super pmnes est. * Cuius.

– *Io 1, 29. 30. 27; 3, 31*; NR 203.

**Die 2 ianuarii**

Resp. 1. ¶ Benedíctus qui venit in nómine Dómini, Deus Dóminus, et illúxit nobis * Allelúia, allelúia.

℣ Hæc dies quam fecot Dóminus, exsultémus et lætémur in ea. * Allelúia.

– *Ps 117, 26. 27. 24*; NR 205.

Resp. 2. ¶ Confirmátus est cor Vírginis, in quo divína mystéria, ángelo narránte, concépit: te formam præ fíliis hóminum castis concépit viscéribus: * Et benedícta in ætérnum, Deum nobis prótulit et hóminem.

℣ Domus púdici péctoris templum repénte fit Dei: intácta nésciens virum, verbo concépit fílium. * Et benedícta.

– *cf Ps 44, 3 & Amnonymus.*; NR 208.

**Die 3 ianuarii**

*Ut die 29 decembris*

**Die 4 ianuarii**

*Ut die 30 decembris*

**Die 5 ianuarii**

*Ut die 31 decembris*

© 2005 H. P. Sandhofe

### Die 6 ianuarii

*Ut die 2 ianuarii in regionibus ubi sollemnitas Epiphaniæ Domini celebratur dominica die 7 vel 8 ianuarii occurrente.*

### Die 7 ianuarii

*Ut die 29 decembris in regionibus ubi sollemnitas Epiphaniæ Domini celebratur dominica die 8 ianuarii occurrente.*

## B — a sollemnitate Epiphaniæ

### In Epiphania Domini — die 6 ianuarii vel dominica a die 2 ad 8 ianuarii occurrente

Resp. 1. Illumináre, illumináre, Ierúsalem, venit lux tua: * Et glória Dómini super te orta est.

℣ Et ambulábunt gentes in lúmine tuo, et reges in splendóre ortus tui. * Et glória.

— *Is 60, 1. 3*; NR 236.

Resp. 2. ¶ Omnes de Saba vénient, aurum et thus deferéntes, et laudem Dómino annuntiántes, * allelúia, allelúia.

℣ Reges Tharsis ínsulæ múnera ófferent, reges Arabum et Saba dona addúcent. * Allelúia.

— *Is 60, 6; Ps 71, 10*; NR 237.

### die 7 ianuarii vel feria II post Dominicam Epiphaniæ

Resp. 1. ¶ Tria sunt múnera pretiósa, quæ obtulérunt Magi Dómino in die ista, et habent in se divína mystéria: * In auro, ut ostendátur regis poténtia: in thure, sacerdótem magnum cónsidera: et in myrrha, Domínicam sepultúram.

℣ Salútis nostræ auctórem magi veneráti sunt in canúbulis, et de thesáuris suis mýszicas ei múnerum spécies obtulérunt. * In auro.

— *Anonymus*; NR 230.

Resp. 2. ¶ In colúmba spécie Spíritus Sanctus visus est, patérna vox audíta est: * Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi bene complácui ipsum audíte.

℣ Cæli apérti sunt super eum, et vox Patris intónuit. * Hic est.

© 2005 H. P. Sandhofe

– *Mt 3, 16. 17*; NR 231.

**die 8 ianuarii vel feria III post Dominicam Epiphaniæ**

Resp. 1. ¶ Reges Tharsis et ínsulæ múnera ófferent:* Reges Àrabum et Saba dona Dómino Dei addúcent.

℣ Omnes de Saba vénient, aurum et thus defréntes. * Reges.

– *Ps 71, 10; Is 60, 6*; NR 232.

Resp. 2. ¶ magi véniunt ab Oriénte Hierosolýmam, quæréntes, et dicéntes: Ubi est qui natus est, cuius stellam vídimus? * Et vénimus adoráre Dóminum.

℣ Vídimus stellam eius in oriénte. * Et

– *Mt 2, 1. 2*; NR 237.

**die 9 ianuarii vel feria IV post Dominicam Epiphaniæ**

Resp. 1. ¶ Stella, quam víderant Magi in oriénte, antecedébat eos, donec venírent ad locum, ubi puer erat: * Vidéntes autem eam, gavísi sunt gáudio magno.

℣ Et intrántes domum, invenérunt púerum cum María matre eius, et procidámus adoravérunt eum. * Vidéntes.

– *Mt 2, 9. 10. 11*; NR 242.

Resp. 2. ¶ Vidéntes stellam Magi, gavísi sunt gáudio magno: Et intrántes domum, invenérunt púerum cum María matre eius, et procidéntes adoravérunt eum: * Et, apértis thesáuris suis, obtulérunt ei múnera, aurum, thus et myrrham.

℣ Stella, quam víderant magi in oriénte, antecedébant eos, usque dum véniens staret supra ubi erat puer. * Et.

– *Mt 2, 10. 11. 9*; NR 242.

**die 10 ianuarii vel feria V post Dominicam Epiphaniæ**

*ut in die 7 ianuarii*

**die 11 ianuarii vel feria VI post Dominicam Epiphaniæ**

*ut in die 8 ianuarii*

**die 12 ianuarii vel Sabbato post Dominicam Epiphaniæ**

*ut in die 9 ianuarii*

**In Baptismate Domini – dominica post diem 6 ianuarii occurrente**

Resp. 1. ¶ Hódie in Iordáne, baptizáto Dómino, apérti sunt cæli, et sicut colúmba super eum Spíritus mansit, et vox ptris intónuit: * Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi bene complácui.

℣ Descéndit Spíritus Sanctus corporáli spécie sicut colúmba in ipsum, et vox de cælo facta est: * Hic est.

– *Mt 3, 16. 17; Lc 3, 22*; NR 229.

Resp. 2. ¶ Hódie cæli apérti suntet mare dulce factum est, terra exsúlat, montes et colles læténtur: * Quia a Ioánne in Iordáne Christus baptizátus est.

℣ Quid est tibi, mare, quod fugísti, et tu, Iordánis, quia convérsus es retrórsum? * Quia.

– *Anonymus;* CAO 6846; Bud.118: 96 v.

© 2005 H. P. Sandhofe

# III. TEMPUS QUADRAGESIMÆ
## A — usque ad sabbatum hebdomadæ quintæ

### Feria IV Cinerum

Resp. 1. ¶ Frange esuriénti panem tuum, et egénos vagósque induc in domum tuam: * Tunc erúmpet quasi mane lumen tuum, et anteíbit fáciem tuam iustítia tua.

℣ Vum víderis nudum, óperi eum, et carnem tuam ne despéxeris. * Tunc.

— *Is 58, 7*; NR 306.

Resp. 2. ¶ Scíndite corda vestra: et convertímini ad Dóminum Deum: * Quia benígnus et misericors est.

℣ Derelínquant ímpius viam suam, et vir iníquus cogitatiónes suas, et revertátur ad Dóminum, et miserébitur eius. * Quia.

— *Ioel 2, 13; Is 55, 7*; NR 306.

### Feria V post Cinerum

Resp. 1. ¶ — *in LitHor secundo loco*. Paradísi portas apéruit nobis ieiúnii tempus: suscipiámus illud orántes et deprecántes: * Ut in die resurrectiónis cum Dómino gloriémur.

℣ In ómnibus exhineámus nosmetípsos sicut Dei minístros ¶ in multa patiéntia. * Ut.

— *Anonymus; II Cor 6, 4*; NR 305.

Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

### Feria VI post Cineres

Resp. 1. ¶ Spléndida facta est fácies Móysi, dum respíceret in eum Dóminus: * Vidéntes senióres claritátem vultus eius, admirántes timuérnt valde.

℣ Cumque descendísset de monte Sínai, portábat duas tábulas testimónii, ígnorans quod cornúta esset fáces eius ex consórtio wermónis Dei. * Vidéntes.

— *Ex 34, 29. 30*; NR 338.

Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

### Sabbato post Cinerum

Resp. 1. ¶ Factus est sermo Dómini ad Abram, dicens: * Noli timére Abram: ego protéctor tuus sum, et merces tua magna nimis.

© 2005 H. P. Sandhofe

℣ Ego enim sum Dóminus Deus, qui edúxit te de Ur Chaldæórum. * Noli.

– *Gen 15, 1. 7*; NR 296.

Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

**Dominica I Quadragesimæ**

Resp. 1. Stetit Móyses coram Pharaóne, et dixit: Hæc dicit Dóminus: * Dimítte pópulum meum, ut sacríficent hi in desérto.

℣ Dóminus Deus Hebræórum misit me ad te, ut dicam tibi. * Dimítte.

– *Ex 5, 1. 3*; NR 334.

Resp. 2. ¶ Locútus est Dóminus ad Móysen, dicens: Descénde in Ægýptum, dic Pharaóni, * Ut dimíttat pópulum meum: indurátum est cor Pharónis: non vult dimíttere pópulum. meum, nisi in manu forti.

℣ Clamor filiórum Israel venit ad me, vidítque afflictiónem eórum. sed veni, mittam ad Pharaónem. * Ut.

– *Ex 4, 19. 22. 23 & 7, 13 & 3, 19; Ex 3, 9. 10*; NR 333.

**Feria II**

Resp. 1. *prius responsorium dominicæ præcedentis.*

Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

**Feria I**

Resp. 1. *alterum responsorium dominicæ præcedentis.*

Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

**Feria IV**

Resp. 1. ¶ Emmendémus in mélius, quæ ignoránter peccávimus: ne súbito præoccupáti die mortis, quærámus spátium pœniténtiæ, et inveníre non póssimus. * Atténde Dómine, et miserére, quia peccávimus tibi.

℣ Adiuva nos, deus, salutáris noster, et propter honórem nóminis tui, Dómine, líbera nos. * Atténde.

– *Bar 3, 2; Ps 78, 9*; NR 303.

Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

**Feria V**

Resp. 1. *prius responsorium dominicæ præcedentis.*

© 2005 H. P. Sandhofe

Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

**Feria VI**

Resp. 1. *alterum responsorium dominicæ præcedentis.*
Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

**Sabbato**

Resp. 1. *ut in Feria IV primi loci.*
Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

**Dominica II Quadragesimæ**

Resp. 1. ¶ Ecce mitto ángelum meum, qui præcédat te, et custódiat semper: * Obsérva audi vocem, et inimícus ero inimícis tuis, et affligéntes te afflígam: et præcédet te ángelus meus.

℣ Israel, si me audíeris, non erit in te deus recnes, neque adorábis deum aliénum: ego enim Dóminus. * Obsérva.

– *Ex 23, 20. 21-23; Ps 80, 9-11*; NR338.

Resp. 2. ¶ Moyses sumptum sánguinem respérsit in pópulum: Et ait: * Hic est sanguis fœderis, quod pépigit Dóminus vobíscum.

℣ Fide celebrávit Pascha et sánguinis effudióne, ne qui vastábat primitíva, tángeret eos. * Hic est.

– *Ex 24, 8; Hebr 11, 28.* NR 209*.

**Feria II**

Resp. 1. *prius responsorium dominicæ præcedentis.*
Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

**Feria I**

Resp. 1. *alterum responsorium dominicæ præcedentis.*
Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

**Feria IV**

Resp. 1. ¶ Absóndite elemósynam in sinu páuperum, et ipsa orat pro vobis ad Dóminum: * Quia sicut aqua exstínguit ignem, ita elemósyna exstínguit peccátum.

℣ Date elemósynam, et ecce ómnia munda sunt vobis. * Quia.

– *Cassiod. Expos. Ps 125; Lc 11, 41*; NR 309.

Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

© 2005 H. P. Sandhofe

### Feria V

Resp. 1. *prius responsorium dominicæ præcedentis.*
Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

### Feria VI

Resp. 1. *alterum responsorium dominicæ præcedentis.*
Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

### Sabbato

Resp. 1. *ut in Feria IV primi loci.*
Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

### Dominica I Quadragesimæ

Resp. 1. ¶ Cantémus Dómino: glorióse enim honorofícátus est, equum et ascensórem proiícit in mare: * Adiútor et protéctor factus est mihi Dóminus in salútem.

℣ Dóminus quasi vir pugnátor, Omnípotens nomen eius. * Adiútor.

– *Ex 15, 1. 2; 15, 3*; N334.

Resp. 2. ¶ Moyses fámulus Dómini ieiunávit quadragínta diébus et quadragínta nóctibus: * Ut legem Dómini mererétur accípere.

℣ Ascendens Móyses in montem Sínai ad Dóminum, fuit ibi quadragínta diébus et quadragínta nóctibus. * Ut.

– *Ex 34, 28; 34, 4. 28*; NR 337.

### Feria II

Resp. 1. *prius responsorium dominicæ præcedentis.*
Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

### Feria I

Resp. 1. *alterum responsorium dominicæ præcedentis.*
Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

### Feria IV

Resp. 1. ¶ Tribulárerm si nescírem misericórdias tuas, Dómine: tu dixísti, Nolo mortem peccatóris, sed convertátur et vivat: * Qui

Chana am et publicánum vocásti ad pœniténtiam.

℣ Secúndum multitúdinem dolórum meórum in corde meórum in corde meo, consolatiónes tuæ lætificvérunt ánimam meam.

– *cf Ez 33, 11; Ps 93, 19*; NR 308.

Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

**Feria V**

Resp. 1. *alterum responsorium dominicæ præcedentis.*
Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

**Feria VI**

Resp. 1. *prius responsorium dominicæ præcedentis.*
Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

**Sabbato**

Resp. 1. *alterum responsorium dominicæ præcedentis.*
Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

**Dominica IV Quadragesimæ**

Resp. 1. ¶ Isti sunt dies, quos observáre debétis tempóribus suis: * Quartadécima die ad vésperum Pascha Dómini est: et in quintadécima solemnitátem celebrátis altíssimo Dómino.

℣ Locútus est Dóminus ad Móysen, dicens: Lóquere fíliis Israel, et dices ad eos. * Quartadécima.

– *Lev 23, 4. 5. 6; 23, 1. 2*; NR 345.

Resp. 2. ¶ Intuémini, quantus sit iste, qui ingréditur ad salvándas Gentes: ipse est rex iustítiæ, * Cuius generátio non habet finem.

℣ Præcúrsor pro nobis ingréditur, secúndum órdinem mechísedech Póntifex factus in ætérnum. * Cuius.

– *Hebr 7, 4. 2. 3; 6, 20*; NR 153.

**Feria II**

Resp. 1. *ut in dominica præcedenti primi loci.*
Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

**Feria I**

Resp. 1. *ut in dominica præcedenti secundi loci.*
Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

© 2005 H. P. Sandhofe

**Feria IV**

Resp. 1. ¶ In ieiúnio et fletu orábunt sacerdótes, dicéntes: * Parce, Dómine, parce pópulo tuo; et ne des hereditátem tuam in perditiónem.

℣ Inter evstíbulum et altáre plorábunt sacerdótes, dicéntes. * Parce.

– *Ioel 2, 17*; NR 302.

Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

**Feria V**

Resp. 1. ¶ Ecce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies salútis: commendémus nosmetípsos in multa patiéntia, in ieiúniis multis, * Per arma iustítiæ virtus Dei.

℣ In ómnibus exhibeámus nosmetípsos sicut Dei minístros, ut non vituperétur ministérium nostrum. * Per arma.

– *II Cor 6, 2. 4. 5*; NR 301.

Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

**Feria VI**

Resp. 1. *ut in Feria IV primi locis.*

*Resp. 2.* *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

**Sabbato**

Resp. 1. *ut in Feria V primi loci.*

*Resp. 2.* *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

**Dominica V Quadragesimæ**

Resp. 1. ¶ Præcúrsor pro nobis ingréditur Agns sine mácula, * Secúndum órdinem mechísedech Póntifex factus est in ætérnum et in s culum s culi.

℣ Ipse est Rex iustítiæ, cuius generátio habet finem. * Secúndum.

– *Hebr 6, 20; 7, 2. 3*; NR 142.

Resp. 2. ¶ Qui persequebántur pópulum tuum, Dómine, demersísti eos in profúndum: * Et in colúmna nubis ductor eórum fiísti, Dómine.

℣ Deduxísti sicut oves pópulum tuum in manu Móysi et Aaron. * Et.

– *II Esdr 9, 11. 12; Ps 79, 21*; NR 336.

© 2005 H. P. Sandhofe

**Feria II**

Resp. 1. *prius responsorium dominicæ præcedentis.*
Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

**Feria I**

Resp. 1. *alterum responsorium dominicæ præcedentis.*
Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

**Feria IV**

Resp. 1. ¶ Derelínquant ímpius viam suam, et vir iníquus cogitatiónes suas, et revertétur ad Dóminum, et miserébitur eius: * Quia benígnus et miséricors est, et præstábilis super malítia Dóminu Deus noster.

℣ Non vult Dóminus mortem pecctaóris, sed ut convertátur et vivat.

– *Is 55, 7; Anonymus*; NR 304.

Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

**Feria V**

Resp. 1. *prius responsorium dominicæ præcedentis.*
Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

**Feria VI**

Resp. 1. *alterum responsorium dominicæ præcedentis.*
Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

**Sabbato**

Resp. 1. *ut in Feria IV primi loci.*

Resp. 2. *unum e collectione I responsoriorum ad libitum.*

© 2005 H. P. Sandhofe

## B – hebdomada sancta

### Dominica in Palmis de Passione Domini

Resp. 1. ¶ Atténde, Dómine, ad me, et audi voces adversriórum meórum: * Numquid rédditur pro bono malum, quia fodérunt fóveam ánimæ meæ.

℣ Recordáre quod stéterim in conspéctu tuo, ut lóquerer pro eis bonum, et avérterem indignatiónem tuam ab eis. * Numquid.

– *Ier 18, 19. 19*; NR 357.

Resp. 2. ¶ Viri ímpii dixérunt: Opprimámus virum iustum iniúste, et deglutiámus eum tamquam inférnus vivum: auferámus memóriam illíus de terra: et de spóliis eius sortem mittámus inter nos: ipsi enim homicídiæ thesairizavérunt sibi mala: * Insipiéntes et malígni odérunt sapiéntiam: et rei facti sunt in cogitatiónibus suis.

℣ Hæc cogitavérunt et erravérunt: et excæcávit illos maítia eórum. * Insipiéntes.

– *Sap 2, 1. 10. 21*; NR 363.

### Feria II

Resp. 1. ¶ Senióres pópuli sonsílium fecérunt * Ut Iesum dolo tenérent, et occíderent: cum glásiis et fústibus exiérunt tamam ad latrónem.

℣ Collegérunt pontífices et pharis i concílium. * Ut Iesum.

– *Mt 26, 3. 4. 55; Io 11, 47*; NR 389.

Resp. 2. ¶ Eram quasi agnus ínncocens: ductus sum ad immolándum, et nesciébam: concílium fecérunt inimícu mei advérsum me, dicéntes: * Veníte, mittámus lignum in panem eius, et eradámus eum de terra vivéntium.

℣ Omnes inimíci mei advérsum me cogitábant mala mihi: verbum iníquum mandavérunt advérsum me, dicéntes. * Veníte

– *Ier 11, 19; Ps 40, 8. 9*; NR 387.

### Feria III

Resp. 1. ¶ Ecce vídimus eum non habéntem spéciem, neque decórem: apséctus eius in eo non est: hic peccáta nostra portávit, et pro nobis dolet: ipse utem vulneráts est propter iniquitátes nostras: * Cuius livóre snáti sumus.

℣ Vere languóres nostros ipse tulit, et dolóres nostros ipse

© 2005 H. P. Sandhofe

http://www.nocturnale.de

portávit. * Cuius.

– *Is 53, 2. 11. 4*; NR 376.

Resp. 2. ¶ Vínea mea elécta, ego te plnatávi: * Quómodo convérsa es in amaritúdinem, ut me crucifígeres et Bárrabam dimítteres?

℣ Sepívi te, et lápides elégi ex te, et ædificávi turrim.

– *Ier 2, 21; Is 5, 2*; NR 396.

### Feria IV

Resp. 1. ¶ Anima meam diléctam trádidi in manus iniquórum, et facta est mihi heréditas mea sicut leo in silva: dedit contra me voces adversárius, dicens: Congregámini, et properáte ad devoránsum illum: posuérunt me in desérto solitúdinis, et elúxit super me omnis terra: * Quia non est invéntus qui me agnósceret, et aceret bene.

℣ Insurrexérunt in me viri absque misericórdia, et non perpecérunt ánimæ meæ. * Quia.

– *Ier 12, 7-11; Ps 85, 14*; NR 403.

Resp. 2. ¶ Tristis est ánima mea usque ad mortem, sustinéte hic, et vigiláte mecum: nunc vidébitis turbam, quæ circúmdabit me: * Vos fugam capiértis, et ego vadam immolári pro nobis.

℣ Ecce appropínquat hora, et Fílius hóminis tradétur in amnus peccatórum.

– *Mc 13´4, 34; Is 53, 4*; NR 375.

### Feria V in cena Domini.

Resp. 1. ¶ Unus ex discipúlis meis tradet me hódie: Væ illi per quem tradar ego: * Mélius illi erat, si natus non fuísset.

℣ Qui intíngit mecum manum in parópside, hic me traditúrus est in manus peccatórum. * Mélius.

– *cf Mt 26, 24-26. 23*; NR 383.

Resp. 2. ¶ Amícus meus ósculi me trádidit signo: quem osculátus fuéro, ipse est, tenéte eum: hoc malum fecit signum, qui per ósculum adimplévit homicídium. * Infélix prætermísit prétium sánguinis, et in fine láqueo suspéndit.

℣ Bonum erat ei, si natus non fuísset homo ille. * Infélix.

– *cf Mt 26, 48. 24*; NR 381.

### Feria VI in Passione Domini

Resp. 1. ¶ Velum templi scissum est, et omnis terra trémuit: latro de cruce clamábat, dicens: * meménto mei, Dómine, dum véneris

© 2005 H. P. Sandhofe

in regnum tuum.

℣ Petræ scissæ sunt, et monuménta apérta sunt, et multa córpora sanctórum, qui dórmiant, surrérunt.

– *Mt 27, 51 & Lc 23, 40. 42; Mt 27, 51. 52*; NR 395.

Resp. 2. ¶ Tenebræ factæ sunt dum crucifixíssent Iesum Iud i: et circa horam nonam exclamávit Iesus voce magna: Deus meus, ut quid me dereliquísti? * Et inclináto cápite, emísit spíritum. Tunc unus ex milítibus láncea latus eius perforávit et contínuo exívit sanguis et aqua.

℣ Exclamávit Iesus voce magna: Pater, in manus tuas comméndo spíritum meum. * Et inclináto.

– *Mt 27, 45. 46; Lc 23, 46*; NR 402.

**Sabbato Sancto**

Resp. ¶ Peccantem me cottidie, nec me pænitentem, timor mortis conturbat me: * Quia in inferno nulla est redemptio, miserere mei Deus, et salva me.

℣ Deus, in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua libera me. * Quia.

(℣ *ad libitum:* Requiem æternam dona eis Domine, et lux perpetua luceat eis. * Quia.)

– *cf Ps 53, 3;* NR [199].

Resp. ¶ Qui Lázarum resuscitasti a monumenti fœtidum, * Tu eis, Domine, dona requiem, et locum indulgentiæ.

℣ Qui venturus es iudicare vivos et mortuos, et sæculum per igen. * Tu eis.

(℣ *ad libitum:* Requiem æternam dona eis Domine, et lux perpetua luceat eis. * Tu eis.)

– *Anonymus;* NR [187].

*In Feriis III & VI*

Resp. ¶ Dómine, quando veneris iudicare terram, ubi me abscondam a vultu iræ tuæ? * Quia peccavi in vita mea.

℣ Comissa nea, Domine, pavesco, et ante te erubesco: dum veneris iudicare, noli me condemnare. * Quia peccavi.

(℣ *ad libitum:* Requiem æternam dona eis Domine, et lux perpetua luceat eis. * Quia peccavi.)

– *Anonymus;* NR [188].

Resp. ¶ Meménto mei Deus, quia ventus est vita mea: * Nec aspiciat

© 2005 H. P. Sandhofe

http://www.nocturnale.de

me visus hominis.

℣ De profundis clamavi ad te, Domine: Domine, exaudi vocem meam. * Ne aspiciat.

(℣ *ad libitum:* Requiem æternam dona eis Domine, et lux perpetua luceat eis. * Ne aspiciat.)

– *Iob 7, 7. 8; Ps 129, 1. 2;* NR [193].

*In Feriis IV & Sabbato*

Resp. ¶ Heu mihi, Domine, quia peccavi nimis in vita mea: quid faciam, miser? ubi fugiam, nisi ad te, Deus meus? * Miserere mei, dum veneris in novissimo die.

℣ Anima mea turbata est valde, sed tu, Domine, succurre ei. * Miserere.

(℣ *ad libitum:* Requiem æternam dona eis Domine, et lux perpetua luceat eis. * Miserere.)

– *cf Ps 6, 5. 5;* NR [193].

Resp. ¶ Ne recordéris peccata mea, Domine, * Dum veneris iudicare sæculum per ignem.

℣ Dirige, Domine Deus meus, in conspectu tuo viam meam. * Dum.

(℣ *ad libitum:* Requiem æternam dona eis Domine, et lux perpetua luceat eis. *

– *cf Ps 5, 9;* NR [194].

© 2005 H. P. Sandhofe

# PROPRIUM DE SANCTIS

© 2005 H. P. Sandhofe

*Nisi resposnoria propria notantur sumuntur primum de tempore et alterum de commi Sanctorum.*

## IANUARIUS

**2. Ianuarius — Ss. Basilii Magni et Gregorii Nazianzeni, episcopi et Ecclesiæ doctoris**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**3. Ianuarius — SS. Nominis Jesu**

Resp. 2. Ecce consipies, et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum: * Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.

℣ Vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelis, priusquam in utero conciperetur. * Ipse.

— *Lc 1, 31; 2, 21;* NR 217.

**7. Ianuarius — S. Raimundi de Penyafort, presb.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**13. Ianuarius — S. Hilarii, episcopi et Ecclesiæ doctoris**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**17. Ianuarius — S. Antonii, abbatis** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**20. Ianuarius — S. Fabiani, papæ et martyris**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**20. Ianuarius — S. Sebastiani, Martyris**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**21. Ianuarius — S. Agnetis, virginis et martyris** ***Memoria***

Resp. 2. Diem festum sacratíssimæ Vírginis celebrémus, quáliter passa sit beáta Agnes ad memóriam revocémus: tertiodécimo ætátis suæ anno mortem pérdidit, et vitam invénit: * Quia solum vitæ diléxit auctórem.

℣ Infántia quidem computabátur inannis, sed erat senéctus mentis imménsa. * Quia.

— *Vita S. Agnetis auct. S. Ambros. I, 1*; NR 37*.

**22. Ianuarius — S. Vincentii, diaconi et martyris**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**24. Ianuarius — S. Francisci de Sales, episcopi et Ecclesiæ doctoris** ***Memoria***
*responsorium alterum communi.*

**25. Ianuarius — In Conversione S. Pauli, apostoli** ***Festum***

Resp. 1 ¶ Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole, prædicátor veritátis in univérso mundo: * Per quem omnes gentes cognovérunt grátiam Dei.
℣ Intercéde pro nobis ad Deum, qui te elégit. * Per quem.
— *Anonymus*; NR 52*.

Resp. 2 ¶ Saulus qui et Paulus magnus, prædicátor, A Deo confortátus convalescébat Iudǽos.
℣ Osténdens qui hic est Christus, Fílius Dei. * A Deo.
— *Ac 9, 22*; NR 52*.

**26. Ianuarius — Ss. Timothei et Titi, episc.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**27. Ianuarius — S. Angelæ Merici, virginis**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**28. Ianuarius — S. Thomæ de Aquino, presbyteris et Ecclesiæ doctoris** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**31. Ianuarius — S. Ioannis Bosco, presbyteris** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

© 2005 H. P. Sandhofe

## FEBRUARIUS

**2. Februarius – In Præsentatione Domini** ***Festum***

Resp. 1. Adórna thálamum tuum, Sion, et súscipe regem Christum: * Quem virgo concépit virgo péperit, virgo post partum, quem génuit, adorávit.

℣ Accípiens Símeon púerum in mánibus, grátias agens benedíxit Dóminum. * Quem.

– *Anonymus*; NR 60*.

Resp. 2. ¶ Símeon justus et timorátus exspéctans redemptiónem Israël, * Et Spíritus Sanctus erat in eo.

℣ Respónsum ccéperat Símeon a Spíritu Sancto, non visúrum se mortem, nisi prius vidéret Christum Dóminum. * Et Spíritus.

– *Luc. 2,25* ℣ *inid. 2,26*; NR 63*.

**3. Februarius – S. Blasii, ep. et mart.**

*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**3. Februarius – S. Ansgarii, ep.**

*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**5. Februarius – S. Agathæ, virg. et mart.** ***Memoria***

*responsorium alterum de communi.*

**6. Februarius – S. Pauli Miki et socc., mart.** ***Memoria***

*responsorium alterum de communi.*

**8. Februarius – S. Hieronymi Emiliani**

*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**10. Februarius – S. Scholasticæ, virg.** ***Memoria***

*responsorium alterum de communi.*

**11. Februarius – B. Mariæ Virg. de Lourdes**

*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis, nisi proprium.*

Resp. 2. Magnificat anima mea Dominum: * Quia fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen eius.

℣ Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. * Quia.

– *Lc 1, 46. 49. 48*; NR 22*.

© 2005 H. P. Sandhofe

**14. Februarius — Ss. Cyrilli, Monachi; et Methodii, ep.** ***Memoria***

*responsorium alterum de communi.*

**17. Februarius — Ss. Septem Fundatorum Ordinis Servorum B. Mariæ Virg.**

*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**21. Februarius — S. Petri Damiani, ep. et Eccl. doct.**

*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**22. Februarius — Cathedræ S. Petri, apost.** ***Festum***

Resp. 1 Elégit Dóminus sacerdórem sibi ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

℣ Immola Deo cacrifícium laudis, et rede Altíssimo vota tua. * Ad.

— *Eccl. 45,20 ℣ Ps. 49,14*; NR 35*.

Resp. 2 Simon Petre, ántequam de navi vocárem te, novi te, et super plebem meam príncipem te constítui, * Et claves regni cælórum trádidi tibi.

℣ Quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in cælis; et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum et in cælis. * Et claves.

— *Matth. 16,19*; NR 30*.

**23. Februarius — S. Polycarpi, ep. et mart.** ***Memoria***

*responsorium alterum de communi.*

## MARTIUS

**4. Martii — S. Casimiri**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**7. Martii — Ss. Perpetuæ et Felicitatis, mart.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**8. Martii — S Ioannis a Deo, relig.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**9. Martii — S. Franciscæ Romanæ, relig.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**17. Martii — S. Patricii, ep.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**18. Martii — S. Cyrilii Hierosolymitani, ep. et Eccl. doct.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**19. Martii — S. Ioseph, Sponsi B.M.V.** ***Sollemnitas***

Resp. 1. ¶ Ascendit Ioseph a Galilæa de civitate Nazareth in Iudæa„ in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem: * Eo quod esset de domo et familia David. (*t.p.* Allelúia).

℣ Ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore. * Eo quod.

– *Lc 2, 4. 5;* NR 100*.

Resp. 2. (¶) Fecit me Dominus quasi patrem regis, et dominum universæ domus eius: nolite pavere: * Pro salute enim vestra misit me Deus abte vos in Ægyptum. (*t.p.* Allelúia).

℣ Venite ad me, et ego dabo vobis omnia bona Ægypti, et comeditis medullam terræ. * Pro.

– *Gen 45, 8. 5. 18;* NR 98*.

**23. Martii — S. Turibii de Mogrovejo, ep.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**25. Martii — In Annuntiatione Domini** ***Sollemnitas***

Resp. 1. Missus est Gabriel, *ut Feria VI dom. II Adventus.*

Resp. 2. Suscipe verbum, *ut die 20 decembris.*

© 2005 H. P. Sandhofe

## APRILIS

**2. Aprilis – S. Francisci de Paola, eremitæ**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**4. Aprilis – S. Isidori, ep. et Eccl. doct.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**5. Aprilis – S. Vincentii Ferrer, presb.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**7. Aprilis – Ioannis Baptistæ de la Salle, presb.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**11. Aprilis – S. Stanislai, ep. et mart.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**13. Aprilis – S. Martini I, papæ et mart.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**21. Aprilis – S. Anselmi, ep. et Eccl. doct.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**23. Aprilis – S. Georgii, mart.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**23. Aprilis – S. Adalberti, ep. et mart.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**24. Aprilis – S. Fidelis a Sigmaringen, presb. et mart.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**25. Aprilis – S. Marci, evangelistæ** ***Festum***

Resp. 1. *ut in communi.*

Resp. 2. ¶ Beatus vir qui metuit Dominum, alleluia: * In mandatis eius cupit nimis, alleluia, alleluia, alleluia.

℣ Gloria et divitiæ in domo eius, et iustitia eius manet in sæculum sæculi. * In mandatis.

– *Ps 111, 1. 3;* NR [24].

**28. Aprilis – S. Petri Chanel, presb. et mart.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

© 2005 H. P. Sandhofe

http://www.nocturnale.de

**28. Aprilis – S. Ludovici M Grignion de Montfort, presb.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**29. Aprilis – S Catharinæ Senensis, virg. et Eccl. doct.**
***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**30. Aprilis – S. Pii V, papæ**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

© 2005 H. P. Sandhofe

## MAIUS

**1. Maii – S. Ioseph opificis** ***Memoria***

Resp. 1. *de tempore.*

Resp. 2. Posuit Dominus Deus hominem quem formaverat, in paradisum voluptatis, * Ut operetur illum, alleluia.

℣ Hæc erat condicio hominis ab initio. * Ut.

– *Gen 2, 15;* HPS; NR «18».

**2. Maii – S. Athanasii, ep. et Eccl. doct.** ***Memoria***

*responsorium alterum de communi.*

**3. Maii – Ss. Philippi et Iacobi, apostolorum** ***Festum***

Resp. 1. *de communi*

Resp. 2. ¶ Tristitia vetsra, alleluia, * Convertetur in gaudium, alleluia, alleluia.

℣ Mundus quidem gudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra. * Convertetur.

– *Io 16, 20;* NR [25].

**12. Maii – S. Nerei et Achillei, mart.**

*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**12. Maii – S. Pancratii, mart.**

*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**14. Maii – S. Matthæi, apostoli** ***Festum***

Resp. 1. *de communi*

Resp. 2. ¶ Lux perpetua lucebit sanctis tuis, Domine, * Et æternitas temporum, alleluia, alleluia.

℣ Lætitia sempiterna erit super capita eorum: gaudium et exsultationem obtinebunt. * Et æternitas.

– *IV Esdras 2, 45; Is 35, 10;* NR [26].

**18. Maii – S. Ioannis I, papæ et mart.**

*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**20. Maii – S. Berardini Senensis, presb.**

*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**25. Maii – S. Bedæ Venerabilis, presb. et Eccl. doct.**

*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

© 2005 H. P. Sandhofe

**25. Maii – S. Gregorii VII, papæ**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**25. Maii – S Mariæ Magdalenæ de' Pazzi, virg.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**26. Maii – S. Philippi Neri, presb.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**27. Maii – S. Augustini Cantuariensis, ep.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**31. Maii – In Visitatione B.M.V.** ***Festum***

Resp. 1. Repleta est Spiritu Sancto Elisabeth, et exclamavit: Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventirs tui: * Et unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me? (*t.p.* Allelúia).

℣ Ecce enim ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exsultavit in gaudio infans in utero meo. * Et unde.

– *Lc 1, 41-44;* NR 222*.

Resp. 2. Beata quæ credidisti, quoniam perficientur in te quæ dicta sunt tibi a Domino. Et ait Maria: * Magnificat anima mea Dominum.

℣ Venite, et audite, et narrabo quanta fecit Deus animæ meæ. * Magnificat.

– *Lc 1, 45. 46; Ps 65, 16;* NR 224*.

© 2005 H. P. Sandhofe

# IUNIUS

**1. Iunii – S. Iustini, mart.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**2. Iunii – Ss. Marcelli et Petri, mart.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**3. Iunii – S. Caroli Lwanga et sociorum, mart.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**5. Iunii – S. Bonifatii, ep. et mart.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**7. Iunii – S. Norberti. ep.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**9. Iunii – S. Ephræm, diaconi et Eccl. doct.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**11. Iunii – S. Barnabæ, apostoli** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**13. Iunii – S. Antonii de Padova, preb. et Eccl. doct.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**19. Iunii – S. Romualdi, abbatis**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**21. Iunii – S. Aloisii Gonzaga, relig.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**22. Iunii – S. Paulini Nolani, ep.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**22. Iunii – Ss. Ioannis Fisher, ep., et Thomæ More, mart.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**24. Iunii – In Nativitate S. Ioannis baptistæ** ***Sollemnitas***

Resp. 1. Priusquam te formarem in utero, novite: et antequam exires de ventre, sanctificavi te: * Et prophetam in gentibus dedi te.

© 2005 H. P. Sandhofe

℣ Vir dilectus a Deo, et ab hominibus honorificatus est. * Et.

– *Ier 1, 5; Eccli 45, 1;* NR 194*.

Resp. 2. ¶ Innuebant patri eius, quem vellet vocari eum: et postulans pugillarem, scipsit, dicens: * Ioannes nomen eius.

℣ Apertum est os Zachariæ, et prophetavit dicens. * Ioannes.

– *Lc 1, 62-64. 67;* NR 197*.

**27. Iunii – S. Cyrilli Alexandrini, ep. et Eccl. doct.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**28. Iunii – S. Irenæi, ep. et mart.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**29. Iunii – Ss. Petri et Pauli, apostolorum** ***Sollemenitas***

Resp. 1. Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam: * Et tibi dabo cleves regni cælorum.

℣ Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in cælis; et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in cælis. * Et tibi.

– *Mt 16, 18. 19;* NR 31*.

Resp. 2. (¶) Sancte Paule Apostole, prædicator veritatis et doctor gentium, * Intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit, ut digni efficiamur gratia dei.

℣ Tu es vas electionis, sancte Paule Apostole, prædicator veritatis. * Intercede.

– *Anonymus;* NR 54*.

**30. Iunii – Ss. Protomartyrum S. Romanæ Ecclesiæ**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

© 2005 H. P. Sandhofe

http://www.nocturnale.de

# IULIUS

**3. Iulii – S. Thomæ, apostoli** ***Festum***

Resp. 1. *de communi.*

Resp. 2. ¶ Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum, dict Dominus: * Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ.

℣ Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis. * Estote.

– *Mt 10, 16; Io 12, 36;* NR [8].

**4. Iulii – S. Elisabeth Lusitaniæ**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**5. Iulii – S. Antonii Mariæ Zaccariæ, presb.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**6. Iulii – S. Mariæ Goretti, virg. et mart.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**11. Iulii – S. Benedicti, abbatis** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**13. Iulii – S. Henrici imperatoris**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**14. Iulii – S. Camelli de Lellis, presb.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**15. Iulii – S. Bonaventuræ, ep. et Eccl. doct.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**16. Iulii – S. Mariæ Virg. de Monte Carmelo**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**21. Iulii – S. Laurentii de Brindisi, presp. et Eccl. doct.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**22. Iulii – S. Mariæ Magdalenæ** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi aut ad libitum proprium.*

Resp. 2. Maria magdalene, et altera Maria ibant diluculo ad monumentum. † Iesum quem quæritis, non est hic, surrexit sicut locutus

© 2005 H. P. Sandhofe

est, præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis.

℣ Et valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum, orto iam sole: et introeuntes viderunt iuvenem sedentem in dextris, qui dixit illis. * Iesum.

– *Mt 28, 1. 5-7; Mc 16, 2. 5. 6;* NR 231*.

**23. Iulii – S. Birgittæ, relig.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**25. Iulii – S. Iacobi, apostoli** ***Festum***

Resp. 1. *de communi.*

Resp. 2. (¶) Isti sunt qui viventes in carne, plantaverunt Ecclesiam sanguine suo: non sunt de terris corpora eorum separata, * Quorum merita sunt in cælis animæ sanctorum coequales.

℣ In omnem terram exivit sonus eorum et in fines irbis terræ verba eorum. * Quorum.

– *cf Mt 20, 22; Ps 18, 5;* NR [19].

**26. Iulii – Ss. Ioachim et Annæ, parentum B. Mariæ V.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**29. Iulii – S. Marthæ** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**30. Iulii – S. Patri Chrysologi, ep. et Eccl. doct.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**31. Iulii – S. Igantii de Loyola, presb.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

© 2005 H. P. Sandhofe

## AUGUSTUS

**1. Augusti – S. Alfonsi Mariæ de Liguori, ep. et Eccl. doct.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**2. Augusti – S. Eusebii Vercellensis, ep.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**2. Augusti – S. Petri Iuliani Eymard, presb.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**4. Augusti – S. Ioannis Mariæ Vianney, preb.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**5. Augusti – In Dedicatione basilicæ B.M.V.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**6. Augusti – In Transfiguratione Domini** ***Festum***

Resp. 1. Videte qualem caritatem dedit nobis Deus Pater, * Ut Filii Dei nominetur et sumus.
℣ Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. * Ut Filii.
– *I Io 3, 1. 2;* NR 242*.

Resp. 2. ¶ In splendenti nube Spiritus Sanctus visus est, paterna vox audita est: * Hic est Filius meus dilectus, in quo bene complacui, ipsum audite.
℣ Apparuit nubes obumbrans, et vox Patris intonuit. * Hic.
– *Mt 17, 5;* NR 242*.

**7. Augusti – Ss, Xysti II, papæ, et sociorum, mart.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**7. Augusti – S. Caietani, presb.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**8. Augusti – S. Dominici** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**10. Augusti – S. Laurentii, diaconi et mart.** ***Festum***

Resp. 1. Levita Laurentius bonum opus operatus est, qui per signum crucis cæcos illuminavit, * Et thesauros Ecclesiæ dedit pauperi-

© 2005 H. P. Sandhofe

bus.

℣ Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in sæculum sæculi. * Et thesauros.

– *cf Martyriologium Adonis cap. 3;* NR 257*.

Resp. 2. Beatus Laurentius clamavit et dixit: Deum meum colo, et illi soli servio; * Et ideo non timeo tormenta tua.

℣ Mea nox obscurum non habet, sed omnia in luce clarescunt. * Et ideo.

– *Martyriologiu Adonis cap. 9;* NR 262*.

**11. Augusti – S. Claræ, virg.** ***Memoria***

*responsorium alterum de communi.*

**13. Augusti – S. Pontiani, papæ, et Hippolyti, presb., mart.**

*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**14. Augusti – S. Maximiliani Mariæ Kolbe, presb. et mart.** ***Memoria***

*responsorium alterum de communi.*

**15. Augusti – In Assumptione B.M.V.** ***Sollemnitas***

Resp. 1. ¶ Vidi speriosam sicut columbam, descendentem desuper rivos aquarum: cuius inæstimabilis odor erat nimis in vestimentis eius: * Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, et lilia convallium.

℣ Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ, et turis. * Et sicut.

– *Cant 3, 6;* NR 288*.

Resp. 2. (¶) Ecce adest dies praeclara, in qua Dei Genitrix Virgo cælos ascendit; quam laudantes omnes dicimus: Benedicta tu in mulieribus.

℣ Quique terrigenae et filii hominum, simul in unum dives et pauper. * Omnes.

– CAO: 6572-*E.*

**16. Augusti – S. Stephani Hungariæ, regis**

*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**19. Augusti – S. Ioannis Eudes, presb.**

*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

© 2005 H. P. Sandhofe

http://www.nocturnale.de

**20. Augusti – S. Bernardi, abbatis et Eccl. doct.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**21. Augusti – S. Pii X, papæ** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**22. Augusti – SB. Mariæ Virg. Reginæ** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**23. Augusti – S. Rosæ de Lima, virg.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**24. Augusti – S. Bartholomæi, apostoli** ***Festum***

Resp. 1. *de communi.*

Resp. 2. ¶ Vidi coniunctos viros habentes splendidas vestes; et Angelus Domini locutus est ad me, dicens: * Isti sunt viri sancti, facti amici Dei.

℣ Vidi Angelum Dei volantem per medium cælum, voce magna clamantem et dicentem. * Isti sunt.

– *cf Apoc 14, 6. 7;* NR [13].

**25. Augusti – S. Ludovici regis**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**25. Augusti – S. Ioseph de Calasanz, presb.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**27. Augusti – S. Monicæ** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**28. Augusti – S. Augustini, ep. et Eccl. doct.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**29. Augusti – In Passione S. Ioannis Baptistæ, mart.** ***Memoria***

Resp. 2. (¶) Misit Herodes rex manus, ac tenuit Ioannem et vinxit eum in carcere, quia metuebat eum propter Herodiadem, * Quam tulerat fratri suo Philippo uxorem.

℣ Arguebat Herodem Ioannes propter Heridiadem. * Quam.

– *Mc 6, 17. 20; Mc 1, 18. 17;* NR 273*.

© 2005 H. P. Sandhofe

http://www.nocturnale.de

## SEPTEMBER

**3. Septembris — S. Gregorii Magni, papæ et Eccl. doct.** ***Memoria***

*responsorium alterum de communi.*

**8. Septembris — In Nativitate B.M.V.** ***Festum***

Resp. 1. Hodie nata est beata Virgo Maria ex progenie David, per quam salus mundi credentibus apparuit. * Cuius vita gloriosa lucem dedit sæculo.

℣ Beatissimæ Virginis Mariæ nativitatem devotissime celebremus. * Cuius.

— *Anonymus;* NR 278*.

Resp. 2. (¶) Nativitatem hodiernam perpetuae Virginis Genitricis Dei Mariae solemniter celebremus, * Qua celsitudo throni processit.

℣ Regali ex progenie Maria exorta refulget. * Qua.

— *Anonymus;* CAO: 7200 - *FS.*

**9. Septembris — S. Petri Claver, presb.**

*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**13. Septembris — S. Ioannis Chrysostomi, ep. et Eccl. doct.** ***Memoria***

*responsorium alterum de communi.*

**14. Septembris — In Exaltatione S. Crucis** ***Festum***

Resp. 1. Nos autem gloriari, *ut dominica V per annum primo loco.*

Resp. 2. (¶) O crux admirabilis, in cujus ramis pependit thesaurus et redemptio captivorum, * Per quem mundus est redemptus sanguine Domini sui.

℣ O laudabilis crux, quae in corpore Christi dedicata es, ex ejus membrorum componens. * Per.

— *Anonymus;* CAO: 7264 - *C.*

**15. Septembris — B. Mariæ V. Perdolentis** ***Memoria***

Resp. 1. Iesum baiulantem sibi crucem * Sequebatur turba mulierum, quæ plangebant et lamentabantur eum.

℣ Filiæ Ierusalem, super vos ipsas flete et super filios vestros. * Sequebatur.

— *Lc 23, 27. 28;* NR 298*.

Resp. 2. Postquam venerunt in locum, qui dicitur Calvariæ, ibi crucifi-

© 2005 H. P. Sandhofe

xerunt eum: * Stabat autem iuxta Crucem Iesu Mater eius.

℣ Tunc beatam illius animam doloris gladius pertransivit. * Stabat.

– *Lc 23, 33; cf Io 19, 25; cf Lc 2, 35;* NR 298*.

**16. Septembris – Ss. Cornelii, papæ, et Cyproani, ep., mart.** ***Memoria***

*responsorium alterum de communi.*

**17. Septembris – S. Roberti Bellarmino, ep. et Eccl. doct.**

*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**19. Septembris – S. Ianuarii, ep. et mart.**

*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**20. Septembris – Ss. Andreæ Kim Taegôn, presb., mart.** ***Memoria***

*responsorium alterum de communi.*

**21. Septembris – S. Matthæi, apostoli** ***Festum***

Resp. 1. *de communi.*

Resp. 2. ¶ Tollite iugum meum super vos, dicit Dominus, et discite quia mizis sum, et humilis corde, * Iugum meum suave est, et onus meum leve.

℣ Et invenietis requiem animabus vestris. * Iugum.

– *Mt 11, 29. 30;* NR [9].

**26. Septembris – Ss. Cosmæ et Damiani, mart.**

*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**27. Septembris – S. Vincentii de Paul, presb.** ***Memoria***

*responsorium alterum de communi.*

**28. Septembris – S. Venceslai, mart.**

*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**28. Septembris – S. Laurentii Ruiz, et sociorum mart.**

*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**29. Septembris – Ss. Michaelis, Gabrielis et Raphaelis, archangelorum** ***Festum***

Resp. 1. Factum est silentium in cælo, dum comitteret bellum draco

© 2005 H. P. Sandhofe

cum Michaele Archangelo: * Audita est vox millia millium dicentium: Salus, honor et virtus omnipotenti Deo.

℣ Millia millium ministrabant ei, et decies millia centena assistebant ei. * Audita.

– *Apoc 12, 7. 8; Dn 7, 10;* NR 175*.

Resp. 2. Stetit Angelus super aram templi, habens turibulum aureum in manu sua, et data sunt ei incensa multa: * Et ascendit fumus aromatum de manu Angeli in conspectu Domini.

℣ In conspectu Angelorum psallam tibi: et adorabo ad templum sanctum tuum. * Et ascendit.

– *Apc 8, 4; ps 137, 1. 2;* NR 176*.

**30. Septembris – S. Hieronymi, presb et Eccl. doct.**

***Memoria***

*responsorium alterum de communi.*

© 2005 H. P. Sandhofe

## OCTOBER

**1. Octobris – S. Teresiæ a Iesu Infante, virg.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**2. Octorbis – S. Angelorum Custodum** ***Memoria***
Resp. 1. *de tempore.*
Resp. 2. Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis: * In manibus portabunt te, ne umquam offendas ad lapidem pedem tuum.
℣ Millia millium ministrabant ei, et decies millies centena millia assistebant ei. * In manibus.
– *Ps 90, 11. 12; Dan 7, 10;* NR 311*.

**4. Octobris – S. Francisci Assisiensis** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**6. Octobris – S. Brunonis, presb.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**7. Octobris – B. Mariæ a Rosario** ***Memoria***
Resp. 1. *de tempore.*
Resp. 2. ¶ Sumite psalterium iucundum in insigni die solemnitatis vestræ: * Et exsultate Virgini adiutrici nostræ.
℣ Cantate ei canticum novum: annuntiate inter gentes gloriam eius. * Et exsultate.
– *Ps 80, 3. 4. 2; Ps 95, 1. 3;* NR 322*.

**9. Octobris – Ss. Dionysii, ep, et sociorum, mart.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**9. Octobris – S. Ioannis Leonardi, presb.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**14. Octobris – S. Callisti I, papæ et mart.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**15. Octobris – S. Teresia a Iesu, virg, et Eccl. doct.**
***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

© 2005 H. P. Sandhofe

**16. Octobris – S. Hedwigis, relig.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**16. Octobris – S. Margaritæ Mariæ Alacoque, virg.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**17. Octobris – S. Ignatii Antiocheni, ep. et mart.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**18. Octobris – S. Lucæ, evangelistæ** ***Festum***

Resp. 1. *de communi.*

Resp. 2. ¶ Beati eritis cum maledixerint vobis homines, et persecuti vos fuerint; et dixerint omne malum adversum vos; mentientes propter me, * Gaudete et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.

℣ Cum vos oderint homines, et cum separaverint vos, et exprobaverint, et eiecerint nomen vestrum tamquam malum propter Filium hominis. * gaudete.

– *Mt 5, 11; Lc 6, 22;* NR [14].

**19. Octobris – Ss. Ioannis de Brébeuf et Osaac Jogues, presb., et sociorum, martyrum**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**19. Octobris – S. pauli a Cruce, presb.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**23. Octobris – S. Ioannis de Capestrano, presb.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**24. Octobris – S. Antonii Mariæ Claret, ep.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**28. Octobris – S. Simonis et Iudæ, apostolorum** ***Festum***

Resp. 1. *de communi.*

Resp. 2. ¶ Isti sunt triumphatores et amici Dei, qui contemnenetes iussa principum, meruerunt præmia æterna: * Modo coronantur et accipiunt palmam.

℣ Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, et laverunt stolas suas in sanguine Agni. * Modo.

– *???;* NR [15].

© 2005 H. P. Sandhofe

# NOVEMBER

**1. Novembris – Omnium Sanctorum** ***Sollemnitas***

Resp. 1. *ut resp. 2 in festo D.N.I.C. Regis.*

Resp. 2. Laudem dicite Deo nostro, omnes sancti ejus, et qui timetis eum, pusilli et magni, quoniam regnavit Dominus Deus noster omnipotens; * Gaudeamus et exultemus, et demus gloriam Deo.

℣ Genus electum, gens sancta, populus acquisitionis, memores memorum laudate Deum. * Gaudeamus.

– *Anonymus;* CAO: 7079 - *S.*

**2. Novembris – In Commemoratione omnium fidelium defunctorum.**

*responsoria ut iu officio defunctorum diebus dominicis.*

**3. Novembris – S. Marini de Porres**

*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**4. Novembris – S. Caroli Borromeo, ep.**

*responsorium de communi.*

**9. Novembris – In Dedicatione basilicæ Lateranensis.** ***Memoria***

*responsorium alterum de communi.*

**10. Novembris – S. Leonis Magni, papæ et Eccl. doct.** ***Memoria***

*responsorium alterum de communi.*

**11. Novembris – S. Martini Turonensis, ep.** ***Memoria***

*responsorium alterum de communi.*

**12. Novembris – S. Iosaphat, ep. et mart.** ***Memoria***

*responsorium alterum de communi.*

**15. Novembris – S. Alberti Magni, ep. et Eccl. doct.**

*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**16. Novembris – S. Margaritæ Scotiæ**

*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

© 2005 H. P. Sandhofe

**16. Novembris – S. Gertrudis, virg.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**17. Novembris – S. Elisabeth Hungariæ, relig.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**18. Novembris – In Dedicatione basilicarum Ss. Petri et Pauli apostolorum.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**21. Novembris – In Præsentatione B.M.V.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**22. Novembris – S. Cæciliæ, virg. et mart.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**23. Novembris – S. Clementis I, papæ et mart.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**23. Novembris – S. Columbani, abbatis**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**24. Novembris – Ss. Andreæ Dung-Lac, presb. et sociorum** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**30. Novembris – S. Andreæ, apostoli**

Resp. 1. *responsorium de communi.*

Resp. 2. Mox ut vocem Domini prædicantis audivit beatus Andreas, relictis retibus, quorum usu actuque vivebat, * Æternæ vitæ secutus est præmia largientem.

℣ Hic est qui pro amore Christi pependit in cruce, et pro lege eius sustinuit passionem. * Æternæ.

– *cf Mt 4, 18;* NR 3*.

© 2005 H. P. Sandhofe

http://www.nocturnale.de

## DECEMBER

**3. Decembris – S. Francisci Xaverii, presb.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**4. Decembris – S. Ioannis Damasceni, presb. et Eccl. doct.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**6. Decembris – S. Nicolai, ep.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**7. Decembris – S. Ambrosii, ep. et Eccl. doct.** ***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

**8. Decembris – In conceptione immaculata B.M.V.**
***Sollemnitas***

Resp. 1. Per unum hominem peccarum in hunc mundum intravit, in quo omnes peccaverunt. * Ne timeas Maria, invenisti gratiam apud Deum.
℣ Eripuit Dominus animam tuam de morte, et contra inimicum factum est proptector tuus. * Ne.
– *Rom 5, 19; Ps 17, 18. 19;* NR 15*.

Resp. 2. Magnificat anima mea Dominum: * Quia fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen eius.
℣ Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. * Quia.
– *Lc 1, 46. 49. 48;* NR 22*.

**11. Decembris – S. Damasi I, papæ**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**12. Decembris – S. Ioannæ Franciscæ de Chantal, relig.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**13. Decembris – S. Luciæ, virg. et mart.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**14. Decembris – S. Ioannis a Cruce, presb. et Eccl. doct.**
***Memoria***
*responsorium alterum de communi.*

© 2005 H. P. Sandhofe

**21. Decembris – S. Petri Canisii, presb. et Eccl. doct.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**23. Decembris – S. Ioannis de Kęty, presb.**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**26. Decembris – S. Stephani, protomartyris** ***Festum***

Resp. 1. Stephanus servus Dei, quem lapidabant Iudæi, vidit cælos apertos: vidit, et introivit: * Beatus homo cæli patebunt.

℣ Cum igitur saxorum crepitantium turbinæ quateretur, inter ætheros aulæ cælestis sinus divina claritas fulsit. * Beatus.

– *Act 7, 58. 55;* NR 181.

Resp. 2. Hesterna die Dominus natus est terris, ut Stephanus nasceretur in coelis; ingressus est Dominus mundum, * Ut Stephanus ingrederetur in coelum.

℣ Heri enim Rex noster, trabea carnis indutus, de aula uteri virginalis egrediens, visitare dignatus est mundum. * Ut Stephanus.

– *Anonymus;* CAO: 6810 - *CGBEMV HRDFSL.*

**27. Decembris – S. Ioannis, ap. et evang.** ***Festum***

Resp. 1. ¶ Diligebat autem eum Iesus, quoniam specialis prærogativa castitatis ampliori dilectione fecerat dignum: * Quia virgo electus ab ipso, virgo in ævum permansit.

℣ In cruce denique moriturus Matrem huic suam virginem virgini commendavit. * Quia.

– *Anonymus;* NR 186.

Resp. 2. Iste est Ioannes, qui supra pectus Domini in cena recubuit; * Beatus Apostolus, cui revelata sunt secreta cælestia.

℣ Fluenta Evangelii de ipso sacro Dominici pectoris fonte potavit. * Beatus.

– *Anonymus;* NR 188.

**28. Decembris – Ss. Innocentium, martyrum** ***Festum***

Resp. 1. ¶ Effunderunt sanguinem Sanctorum velut aquam * In circuitu Ierusalem: et non erat qui sepeliret.

℣ Posuerunt mortalia servorum tuorum escas volatilibus cæli, carbes sanctorum tuorum bestiis terræ. * In circuitu.

– *Ps 78, 3. 2;* NR 193.

Resp. 2. Adoraverunt viventem in sæcula sæculorum, * Mittentes coronas suas ante thronum Domini Dei sui.

℣ Et ceciderunt in conspectu throni in facies suas: et bene-

© 2005 H. P. Sandhofe

dixerunt viventem in sæcula sæculorum. * Mittentes.
– *Apc 4, 10; 5, 14; 7, 11;* NR 192.

**29. Decembris – S. Thomæ Becket**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

**31. Decembris – S. Silvestri I, papæ**
*responsorium alterum aut de communi aut de psalmis.*

© 2005 H. P. Sandhofe

http://www.nocturnale.de